& apud omnes ſummæ exiſtimationis & famæ deeſſet: ſed potius, vt efferremus, modò poſſemus, in hoc genere facultatem Veſtram, valdeq; prædicaremus. Et profectò, ſiue Benedicti Aretij, ſummi ſuo tempore Theologi, perſonam conſideremus, nemo eſt, ſi quid honoris in quẽquam ab ipſo deriuari poßit, cui id iuſtius tribuatur, quàm Vobis. Fuit Aretius is quem patria noſtra genuit, genitum amplexa liberaliſsimè enutriuit, ſumma beneficentia & fauore optimis quibuſuis literis imbuit: enutritum ad ſummos vſq;, qui quidem homini in hac vita contingere poſſunt, euexit honores. Quidni igitur totus ille honos, qui à patriæ noſtræ, cui vos ſumma cum dignitate præſidetis, cliente prodire poteſt, ad Vos Patres patriæ in ſolidũ

redun-